



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 2. De auaritia,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Addendum est tertio maius damnum requiri ad mortalem culpam multorum, quorū quilibet accepit modicum quid, neque fuit causa damni aliorum, quam requiratur ad modum tamen culpam vnius tantum, qui dedisset totam eam damni latitudinem. Ratio est, quia magis iniuriosum centetur causam & scilicet totius aliusdam dāmni; quam tantum partis; ideo ne istud requirit maiorem quantitatem ad constitutū mortale.

Addendum est quartū: non videri peccatum mortale, si post datum totū aliquod notabile dānum, aliud leue superaddatur: ut si post transitum exercitus per vineam aliquius, unum aut alterum racemum ex cadē quis accipiat. Ratio est: quia modicum solummodo accipit, nec causam debet notabilis dāmno p̄cedēt, sed inuenit iam illatum. Quae ratio cū potest esse eius, quod ipse Molina habet in hinc eiusdem disputationis: non esse in ieiendiū serupūlum peccati mortalis accipienti modicum, nisi constituerit ei, alius simul accipientibus illatum esse domino grāe dānum, cuius particeps censeri debeat. Nec item probabile est, quod sufficiat ut ei de cuius bonis modicum quid accipitur, decū si longi temporis alias fuerit ab alijs datum aliquod notabile dānum: namque id non est causa sufficiens, ne rei paritatis accipientem excusat mortali, vt pote qui ob id nullo modo infert notabile dānum: aut notabiliter auget prius datum.

Vtīma quæstio, quae p̄spone ob futurum incur-
runtur.

Responsio ad hanc est, præter æternā damnationis rea-
rum (de quo constat ex ante dictis) iure naturali fures
obligari ad rerum furto ablatarum restituionem de qua in
precedenti parte libro decimo. Iure canonico vero per cap.
Fures, fures qui inter furādū occisi sunt, priuantur
orationibus fidelium. Item per cap. Cum non ab homi-
ne, De iudicij, Clericus in quocumque ordine confitutus
qui furtum commiserit si legitime coniunctus fuerit, de-
bet a iudice Ecclesiastico deponi: Sique depositus incō-
ribilis perseueret in tali peccato, debet consumaciam cre-
scētē excommunicari. Et dēnum si in profundū malo-
rum veniens contemplerit, debet pote statim seculari tradi
et puniatur.

Adverte autem ex concil. Trident. sess. 15. cap. 3. excom-
munications pro furtis à nemine prorsus, quam ab Episcopo
decerni posset; & tunc non alias quam ex re non vulgari,
causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum
ipsum examinata: quæ animum eius moueat, neque ad eas
concedendas, cuiuslibet secularis, etiam magistratus autoritate,
adducatur, sed totum in eius arbitrio & conscientia sit
positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore, eas
decernendas esse iudicauerit.

Adverte etiam pro furto excommunicationem ferri
non ad puniendum, cum sit præteritum, sed ad obtinendam
restituionem dānni per ipsum dari: à qua excusat siue
ob impossibilitatem, siue ob condonationem creditoris,
quales presumuntur in marito, respectu uxoris: in parentibus re-
petitū furārum librorum, aut in amico respectu amicorum familia-
rium, siue ob compensationem seruatis debitis conditioni-
bus factis: excusat pariter ab excommunicatione ipsa la-
ta ob furta. Iure deniq; ciuii fures patibulo addicuntur. De
qua re quia parum spectat ad nostrum institutum qui volet
potest videre Couarr. lib. 2. var. resolut. cap. 9. num. 7. vbi refu-
sat Scotum negantem in 2. sententiarum distinc. 15. quæst. 3.
quod fur simplex, seu non raptor, nec sacrilegus possit mor-
te puniri. Quam etiam sententiam impugnat Caiet. 2. 2.
quæst. 6. 4. art. 2. Sotus in 5. De iust. & iure, quæst. 3. art. 3. ad 4.
Molin. de iustitia & iure, tom. 1. tract. 2. disput. 695. vbi quoq;
de ceteris peccatis temporalibus pro furto imponendis agit.

Neque immixto impugnat: quia si licet priuato ad re-
rum suarum defensionem necesse iam occidere furem vi
suo loco docimus (& letius iratias Petrus à Nauar. lib. 2. De
refut. c. 3. n. 395 & aliquod sequentibus) sane licet etiam iudei ci-
vitalia penas, ita & morte pro tali criminis aliquando infi-
cere: nempe cum pro quantitate culpa consideratis om-
nibus circūstantiis iudicauerit id conferre ad commu-

ne bonū ac Reipub. pacem. Nam fures plerumque non fo-
lū ijs à quibus furantur dānum inferunt: sed etiam bō-
num commune lādūnt, perturbantes Reipub. pacem, cau-
samque p̄sentes cādibus & aliis malis.

C A P V T I I

De auaritia.

S V M M A R I V M.

- 25 Quid sit auaritia, & quod ea non modo liberalitati sed etiam iustitiae opponatur.
- 26 Quando sit vel non sit peccatum mortale suo genere: & quare ratione deleganda sit; consenseris in detinione alieni.
- 27 Quando pariter prodigalitas peccatum sit, vel non sit suo genere mortale:
- 28 Septem scilicet auaritiae.
- 29 Documenta inquietudine, quod ad malitia ipsius grauitatem.
- 30 Admonitio de violentia, fallacia, fraude, & perturbo.
- 31 Quatuor modi quibus potest proditio contingere, & esse pecca-
tum mortale.

D E auaritia satis fuse disputat D. Thomā 2. 2. quæst. 118. contenti erimus docere quid sit, quale peccatum sit: & cum ponatur in numero vitorum capitalium, quas habeat filias. Cetera sufficienter ad nostrum institutum in-
telligi poterunt ex iam dictis de furto, & ex post dicendis de acceptione personarum, vñura, & simonia quibus immi-
scetur.

Q V E S T I O I.

Quid sit auaritia.

D Efiniri potest auaritia, amor inordinatus habendi: seu (quod idem est voluntatis affectus carens modo & regula rationis, quo fertur in iusticias, seu pecunias & res ali-
as quæ pecunia & similitudine: vt pecora, vinea, agri, domus &
eiusmodi alia utilia ad presentis vita vñus. Vnde intelligitur,
eam versari circa actus externos, positos in retinendo pecu-
nias, alias res ad vitam vñiles, idque præter modum:
hoc est, non dando eas quando, quomodo, & quibus oportet: aut acquirendo congregandoque eas inmoderate seu
absque rationis modo, & mensura. Intelligitur quoque cam
tanquam alteri extremo vñis, & opponi prodigalitati, consenseris
in dando propria plusquam oportet, & in consuendo illa
minus quam oportet. Liberalitati vero tanquam virtuti
media; positæ in moderatione amoris diuinitarum: sic vt ha-
denuit & conserventur, quando ac quomodo oportet.

Non modo autem liberalitati, sed etiam iustitiae aduer-
tur auaritia, vt post D. Thomā in cit. quæst. 118. art. 1. ha-
bet Nauar. in Enchir. cap. 13. num. 70. Etenim sicut libe-
ralitati aduerterit, quatenus est affectus immoderatus circa
bona propria, sic aduerterit iustitiam, quatenus est circa bona
aliena, prout accidit quando ex immoderato affectu diuini-
tarum, non datur alteri quod ei debetur, aut alienum acci-
pitur via iniusta, per furtum, rapinam, vñuram, &c. Pariet-
iam ratione prodigalitas repugnat tam iustitia quam libera-
litati: huic quidem, cum per eam propria tantum consumuntur:
illi vero cum etiam aliena: vt cum quis multa debens in-
utiliter pecunias consumit: vnde sit impotens ad soluendum
creditoribus.

Q V E S T I O I I.

Quale peccatum sit auaritia.

H Oc paucis & perspicue Toletus explicat in suo tracta-
tu de peccatis capitalibus c. 25. inquietus ad cognoscendū
quale peccatum sit auaritia: oportere considerare quando
ea sit cōtra iustitiam, & quan. cōtra liberalitatem. Suo
genere enim peccatum est mortale, quando committitur
contra iustitiam: vt cum quis ex pecunia affec-
tu retinet a ien-
tum quod restituere tenetur, aut accipit alienum via aliqua
iniusta. In eo enim peccatum mortale committitur con-
tra iustitiam: peccatum: nisi materia levitas, aut defectus
plena deliberationis ipsum excuserit.

Peccatum vero est suo genere tantum veniale, quando
committitur solum contra liberalitatem: vt cum quis bono-

rum propriorum est nimis tenax: sic tamen, ut nullam iniuriam in alterum committat. Ex accidenti autem mortale esse potest, coniunctam habendo voluntatem transgrediendi praeceptum obligans ad mortale: ut cum quis ex avaritia non succurrit posito in extrema, aut graui necessitate, aut cu generatalis scandalum: quod vtrumque est contra praeceptum charitatis obligans ad mortale, aut cum alias est paratus quodcumque praeceptum ad mortale item obligans, trasgredi potius, quam avaritia sua non satisfacere: prout et si venient illi qui ex affectu diuinitati parati sunt furari, si possint aut motuum dare ad viraram, extreme indigenti negare subfidiun, aut simoniam committere, aut restitutionem a se faciendam rei notabilis omittere sine causa legitima, qualis censetur: tum impotenter restituendi, tum distractio talis, per quam non sit tunc, serinde ac in futuro, in potestate hominis cogitare de alieni detentione: tum etiam creditoris consensu in retentionem rei sibi debita. De quibus & aliis id genus a restitutione excusantibus dictum ex instituto, in lib. 10. cap. 18. & duobus seq.

Adverte autem obiter pro praxi nobis proposita: cessante eiusmodi causa, detentionem ipsam crescere in malitia: crescente scilicet proximi iniuria: ex qua mala est interueniente vel utatis consensu, qui virtualiter continuatur, quamdiu cum potest, non renocatur, per consensus contrarium, aut reuocatus, renouatur postea. Vnde fit, ut confessio de tali peccato sic facienda sitve explicetur primo, quandom res fuerit detenta, ad iudicandum scilicet aliquo modo multitudinem interiorum consensus in talen detentionem, aut continuationem vniuersitatis plurius balii. Secundo, quoties habita comoditas restituendi, neglecta si: ad declarandam multitudinem omissionis exteriorum culpabilium: que tempore detentionis continguerunt. Tertio, an graue damnum aut molestiam dominus senserit ex ea ipsa detentione: ut intelligatur sufficienter, quam magna sit eiusdem malitia.

Porro de prodigalitate sicut de ceteraria avaritia dicendum est etiam, peccatum esse suo genere mortale, quando habet coniunctam violationem iustitia: ut cum Tutores, & Curatores inutiliter consumunt res suorum pupillorum; vel dispensator resibi traditae prodigit contra domini voluntatem, aut debitor per suam prodigalitatem reddit se impotenter ad soluendum creditoribus: aut ad prouidendum de necessariis vxori & liberis suis ac ceteris de sua familia. Veniale autem peccatum esse suo genere, cum est tantum contrabellatitatem; nisi sit adhuc contra charitatem: ut cum percam generatus scandalum aut omititur subuentio debita extremo aut grauitate indigentis: aut sit cum præparatione animi qua quis paratus est potius peccare mortaliter, quam a sua prodigalitate desistere.

Q V A S T I O III.

Qua sit fieri avaritia.

INter virtutia capitalia ponitur avaritia: cui D. Greg. in lib. 31. Moralium cap. 31. tribuit septem filias, relatas ac tractatas à D. Thom. 2.2. que sunt 118. art. 8. nimirum: ut præditionem, fraudem, fallaciam, perjurium, inquietudinem, violentiam, & obduracionem contra misericordiam. Eorum ratio habetur ex ipso D. Thoma: quod avaritia sit excessus, tum in retinendo tum in acquirendo: atque ut sit in retinendo parit obdurationem: quia misericordia viscera claudunt pauperibus. Ut vero est in acquirendo, parit in affectu quidem, inquietudinem: effectus enim habendi in moderatus, facit ut homo semper sit mente sollicitus, variisque curis & anxietatibus distrahatur. In effectu autem parit violentiam, fallaciam & perjurium. Interdu enim in pellit ad hoc, ut vim inferat quis proximo (prout faciunt latrones) unde est violentia: interdu (quod communi, iter sit in contractibus) ut viatur dole: qui commissus nudus est fallacia: & commissus additio iuramento, est perjurium. Commisus vero opere circa rem aliquam, est fraus: & circa personam, est roditio.

Ceterum de malitia & gravitate obdurations iudicium est ex iis quae in lib. 4. & cap. 19. tradita sunt de elemosyna, cuius præcepto illa aduersatur. Et de malitia & grauitate inquietudinis seu sollicitudinis inordinata: tum ex ante-

dictis lib. 17. cap. 7. parte 2. capituli 3. tum ex his documentis que Toletus habet in tractatu de peccatis capitalibus, cap. 43.

Primum est, sollicitudo de re mortaliter mala, ut de occidendo inimico, de rapienda uxore aliena, & sic de similibus, mortali est: sollicitudo vero de re venialiter mala, ut de aliquo prodigalitate facienda in coniunctu, de fingendis mendacibus iocolis aut similibus, est venialis. Secundum est, sollicitudo de re temporali, constitudo in ea sine in ultimum, peccatum est mortale. Quod tunc censetur contingere, cum quis paratus est mortale peccare potius, quam ciuidati rem non acquirere, aut non conseruare sibi. Tertium est, qui ex eadem sollicitudine omittit id, ad quod tenetur sub mortali, peccat mortaliter: ut si nimis de re temporali sollicitus, omittit Missam sacram audiire in die festo. Quartus, peccat mortaliter, qui præ sollicitudine irrationaliter timet, tanquam diffidens de Dei prouidentia: ut si quis positus conuenientibus ac sufficientibus mediis, timeret se non confiteturum quod intendit, etiam si putet id fibi necesse situm ad maiorem Dei gloriam. Quintum, peccat de se venialiter qui de re extra tempus proprium, est sollicitus, ut de vindemia tempore hyemali. Nam licet prudentia sit proprie furore quando possumus in praesenti ei prouidere: quando tandem nec possumus nec debemus, yana est sollicitudo, & id est peccatum veniale.

De violentia iudicandum est, sicut de rapina, ad quam constituantur, illa farto superadditur: nempe genere suo peccatum esse mortale.

De fallacia & fraude cum sint species quædam mendacij perniciose, contingentes potissimum in contractibus & commerciis, ferendis erit iudicium ex dicendum, tum de predicto mendacio in sequentibus. lib. 2.4. tum de legitimo usu contractuum in lib. 25. Ceterum pro certo tenendum est peccata esse genere suo mortalita, quando habuerint coniunctam notabilem proximam detrimentum, nisi ignorancia excusat: ut censetur quando nulla sit intentio fallendi aut fraudandi. De periculo dictum est suo loco in lib. 18.

De præditione tandem, quæ est manifestatio occulti, nata in ferre nocumentum alteri, notandum est, posse contingere quatuor modis. Primo, circa personas, cum quis manifestat eas ad inferendum eis nocumentum: prout Dahl prodidit Sampsonem, ex cap. 16. Iudicium: & Iudas Christum, ex cap. 26. D. Math. hocque modo, est graue peccatum mortale. Secundo vero, circa res immobiles, ut cum quis prædit ciuitates, villas aut castra verorum dominorum: quo etiam modo est graue peccatum mortale, habens coniunctam obligationem ad restitutionem. Dixi, verorum dominorum, ad insinuandum que habet ex D. Anton. & Arnalla. Toletus in cit. tract. cap. 43. si tyrannice teneantur ab alijs, fas est talia ijsdem dominis procedere: concurrentibus his conditionibus. Prima, ut id sit principaliter ex zelo iustitia, excluso omniprauo affectu. Secunda, ut ex traditione non sequatur occisiones hominum aut grauia scandala. Tertia, ut veti domini nequeant talia recuperare alia via. Quanquam autem his deficiens, minimū peccetur venialiter agendo indebito modo non incurrit tamen obligatio ad restitutionem: quia non accipitur alienum a vero domino, sed ei suū redditur. Tertio porro modo contingit prædictio circa res mobiles, ut cum quis alterius pecunias, aut vestes ostendit latroni, eas surreptipro: & sic quoque peccatum est mortale: si obligatio ad restitutionem. Quarto denique modo contingit circa secreta: ut quando secretum aeterni ius detegitur, cum ipsius detrimento: & sic adhuc peccatum est mortale quando res grauia fuerit, quam celare tenebatur is qui illam reuelat. Quod plenus intelligetur ex dicendis in sequentibus lib. 2.4. cap. 6.

C A P V T III.

De acceptione personarum.

S V M M A R I V M.

32. Quid sit acceptio personarum.

33. De re iustitia ad acceptationem personarum.

34. Ea peccatum est suo genere mortale.

35. Locum habet in distributione publica: unum seciorum & effectorum, tum Ecclesie & clericorum, tum secularium.

36. Item